

TABULÆ CHRONOLOGIÆ SACRÆ.
QUARTA MUNDI ÆTAS

Annorum 479. & dierum 17.

AB EXITU EX AEGYPTO AD IACTA TEMPLI FUNDAMENTA.

Mun- di.	Ab exitu de A- gypto.	Anni	Pe- riodi Chri- stum.
2513	1	MENSE 2. ab exitu, manna pluit de cælo, quo pane dñecepis, annis 40. vescuntur, Exod. 16. ¶ 35.	3223 1491
2514	2	TERTIO, Legem decalogo comprehensam promulgavit Deus. Immolatis victimis fœdus inter Deum populumque sancitur, Exod. 24. ¶ 3. 5. &c.	3224 1490
2515	3	QUARTO, duas Legis tabulas obtinet Moses, quibus ob vituli idolatriam fractis, Exod. 32. ¶ 19.	
2516	4	SESTO tandem mense, tabulis prius dispositis, cum Lege denuo scripta de monte descendit, Exod. 34. ¶ 4. 28. &c.	
2517	5	Primo huius anni semestri Tabernaculum, Arca foderis, Altare, Mensa propositionis, Candelabrum, & reliqua instrumenta sacra in deserto Sinai fabricantur, Exod. cap. 35. &c.	3225 1491
2518	6	Anno 2. ab exitu, primi mensis 1. Tabernaculum erigitur, Exod. 40. ¶ 2.	3226 1492
2519	7	Ægyptus, qui & Ramezes, & Sesostris, & Sesostis dicitur, Amenophis, fīs Beli filius, fratrem iūnum Danaum regno pellit, & Ægypto nomen suum dedit. Diodor. l. 1. Herodot.	3227 1493
2520	8	Pufis, Neptuni five Raphesis Miamun filius apud Nilī vicina loca tyrannidem exercet, Euseb.	3228 1494
2521	9	Phoenix & Cadmus, de Thebis Ægypti, in Syriam profecti apud Tyrum & Sidonem regnabant, Euseb.	3229 1495
2522	10	Anno 40. ab exitu, mense 2. Maria moritur, utique fratre senior, quæ ad ann. 130. pervenisse colligitur ex Num. 20. ¶ 1.	3230 1496
2523	11	Mense 1. Aaron in vertice montis Horeb, moritur, anno ætatis 123. Num. 20. ¶ 29. &c. cap. 33. 38. cum Deut. 10. ¶ 6.	3231 1497
2524	12	Mense 6. Israelite pugnant contra Arad, Num. 21. ¶ 1. 2. &c. Serpens erigitur, ibid. ¶ 9. Schon & Og debellantur, Balaam arcifex, ¶ 8. cum capp. 22. 23. &c. 24. Sors duarum trium & semis circa Iordanem assignatur. Deut. 3. Num. 32. ¶ 33.	3232 1498
2525	13	Mense 12. MOSES MORITUR, annos natus 120. Deut. 31. ¶ 2. cum cap. 34. ¶ 5. &c. 7.	3233 1499
2526	14	Atque hic finitur Pentateuchus, historiam annorum 2552. cum dimidio complectens: & Liber Iosue cum anno 41. ab exitu incipit.	
2527	15	Primo mense, Iosue duos exploratores mittit, Iordanem transfit. Circumcisionem redintegrat. Ierichontem expugnat. Aīn delet, punito prius Achani sacrilegio. Solem & Lunam stare præcipit. Quinque Reges suspendit. Atque ita terminatur annus 2553. in cuius medio, cessante manna, de proventu terra populus vivere coepit. Iosue, primis capp.	3234 1500
2528	16	Ab Autumno huius anni, quo primum serere Israëlitici contigit, numerandus PRIMUS ANNUS AGRICULTURE, & RADIX ANNORUM SABBATICORUM ibi figenda, Exod. 13. ¶ 6. Levit. 23. ¶ 3. &c. 25. ¶ 2. cum Deut. 15. ¶ 1. &c. cap. 31. ¶ 1.	3235 1501
2529	17	Devicti quinque Regibus, reliqui omnes coniunctis copiis fīs Israëlitis opposuerunt: contra quos Iosue toro sexenario bellum gesit, Iosue 11. ¶ 18. cum cap. 14. ¶ 10.	3236 1502
2530	18	Iosue iam senex terram cis Iordanem novem tribubus & dimidiis Manasii dividit. Ios. 13. ¶ 1. &c.	3237 1503
2531	19	Prima quies per Iosue terra data, Iosue 11. ¶ 23. &c. cap. 14. ¶ 15.	3238 1504
2532	20	Annus septimus à terra primum coliccepta, & primus Sabbaticus, à quo IUBILÆORUM EPOCHA ducenda, Levit. 25. ¶ 10.	3239 1505
2533	21	Iosue moritur, natus ann. 110. Iosue 24. ¶ 29. &c. Ind. 2. ¶ 8. cum præfuisse ann. circiter 17.	3240 1506
2534	22	Atque hic terminatur Liber Iosue.	
2535	23	Sub senioribus qui longo post Iosue vixerunt tempore, Israël servit domino, Iosue 24. ¶ 31. Ind. 2. ¶ 7. puta per ann. circiter 15.	3241 1507
2536	24	Interregnum annorum aliquot, puta 6. In diebus illis non erat rex in Israël, sed unusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat. Ind. 17. ¶ 6. &c. cap. 21. 24.	3242 1508
2537	25	Quo spatio contigere ea quæ quinque postremis capp. Libri Iudicium continentur, de idolo Michæ, de uxore Levite cuiusdam, &c.	3243 1509
2538	26	PRIMA SERVITUS in manus Chusianæ Mesopotamiae regis ann. 8. Iudic. 3. ¶ 8.	3244 1510
2539	27	Othoniel Israëlem liberat, & quievit terra anno 40. post quietem à Iosue primum constitutam, Iudic. 3. ¶ 11.	3245 1511
2540	28	IUBILÆUS PRIMUS in terra actus.	3246 1512
2541	29	Iubilæus II.	3247 1513
2542	30	SECUNDA OPPRESSIO annorum 18. sub Eglone Moabitarum rege, Iudic. 3. ¶ 14.	3248 1514
2543	31	Eud five Aod Eglonem interimit, Ind. 3. ¶ 21. & quievit terra anno 80. ¶ 30. post quietem proximam ab Othoniele restitutam, Ind. 3. ¶ 11.	3249 1515
2544	32	Samgar sexcentos Philisthæos occidit stimulo bovis. Ibid. ¶ 31.	3250 1516
2545	33	BELUS ASSYRIUS in Babyloniam post Arabes regnat annis 55. Iul. African.	3251 1517
2546	34	TERTIA SERVITUS annorum 20. sub Iabin Chananæorum rege, Ind. 4. ¶ 3.	3252 1518
2547	35	Iubilæus III.	3253 1519
2548	36	Debora cum Barac Sisaram profigavit, & quievit terra anno 40. post quietem superiorem. Ind. cap. 4. cum cap. 5. ¶ 32.	3254 1520

TABULÆ CHRONOLOGIÆ SACRÆ.

IMPERIUM ASSYRIORUM.

Mun- di.	Ab Exo- do.	Anni	Pe- riodi Iul. Chr.
2737	225	NINUS Beli filius, ASSYRIORUM fundavit IMPERIUM, qui 530. annos, superiorem Asiam obtinuerunt. Herodot. Appian. Règnavit vero Ninus 52. ann. Iul. African. Euseb.	3447 1267
2752	240	QUARTA Israëlitarum OPPRESSIO, annorum 7. sub Medianis, Iudic. 6. ¶ 1.	3462 1252
2756	244	Iubilæus IV.	3466 1248
2759	247	GEDEON, qui & Ierobaal, Medianitas profigavit: Iudic. 7. ¶ 21. quievitque terra anno 40. post quietem superiorem à Debora & Baraco restitutam, Iudic. 8. ¶ 28.	3469 1245
2768	256	Cum primùm vitâ excessit Gedeon, Israëlite ad idolatriam conversi sunt. Iudic. cap. 8. ¶ 33.	3478 1236
2771	259	Abimelech eius filius regnum affectans septuaginta fratres suos intermit. Cap. 9. ¶ 5.	3481 1233
2772	260	Cum triennio regnasset Abimelech ad obſidionem Thebes, fragmento lapidis à muliere interiit. Ibid. ¶ 53.	
2789	277	Thola iudicavit Israëlem, ann. 23. Ind. 10. ¶ 1. &c. 2.	3482 1232
2790	278	SEMIRAMIS Nini uxor, universa Asia præter Indos imperavit. Vixit annos 62. regnavit 42. Diomed. lib. 2. Justin. lib. 1.	3499 1215
2792	278	HELI Sacerdos nascitur.	3500 1214
2795	283	Tholæ successus Iair, qui Israëlem iudicavit annis 22. Iudic. 10. ¶ 3.	3505 1209
2799	287	QUINTA SERVITUS 18. annorum sub Philisthæis & Ammonitis, Iudic. 10. ¶ 8. &c. 9.	3509 1205
2805	293	Iubilæus V.	3515 1199
2817	305	Iepheth Iairo successit, qui ab Ammonitis Israëlitas liberavit, & annis 6. iudicavit. Iudic. 11. &c. 12. ¶ 7.	3527 1187
2820	308	TROIA à Græcis expugnata anno, 408. ante primam Olympiadem.	3530 1184
2823	311	Mortuo Iepheth, Abesan iudicavit Israël anno 7. Ind. 12. ¶ 8. &c. 9.	3533 1181
2830	318	Ahialoni ei succedit, & iudicavit ann. 10. Ind. 12. ¶ 11.	3540 1174
2831	319	Ninus five Ninius, interfecit Semiramis matre, apud Assyrios regnat 38. ann. Euseb.	3541 1173
2840	328	Ahialoni succedit Abdon, qui 8. ann. iudicavit. Ibid. ¶ 13. &c. 14.	3550 1164
2850	338	Huius successit HELI SUMMUS SACERDOS qui iudicavit 40. annis 1. Reg. 4. ¶ 18. Rursumque peccantes filii Israël traditi sunt in manus Philisthiniorum, ann. item 40. Ind. 13. ¶ 1.	
2854	342	SAMSON Nazaræus natus est, Iudic. 13. ¶ 5. &c. 24.	3560 1154
2869	357	SAMUEL quoque nascitur.	
2887	375	Heli iudicis officium exequente, vindicis quoque partes agere coepit Samson, quasi 19. annorum existens, Iudic. 14. ¶ 19.	3564 1150
2888	376	Samson Dagonis adem debellans, plures moriens interfecit, quā vivus occiderat, cū iudicasset Israëlem ann. 20. Iudic. 16. ¶ 31.	3579 1135
2903	391	Arca capitur: Ophni & Phinees in prælio occiduntur. Heli, fracta cervice, moritur. Ei Samuel sufficitur. Arca post septem menses remittitur, 1. Reg. cap. 4. 5. 6. 7.	3598 1116
2908	396	Annis 20. postquam Arca in Cariathiarum permanxit, Samuel insignem de Philisthæis obtinuit victoriā; 1. Reg. 7. ¶ 2. 13. &c. 14.	3613 1101
2909	397	Israelita Regem sibi dari petunt, quibus SAUL 40. annis datur, 1. Reg. 8. ¶ 5. &c. 10. ¶ 1. cum Actor. 13. ¶ 21. cū Samuel hactenus per annos 21. cū dimidio iudicasset. 1. Reg.	3618 1096
2911	399	Saul imperio suo à Philisthæis est veluti exutus, cū duobus annis regnasset. 1. Reg. 13. ¶ 1.	3619 1095
2919	407	Saul nascitur, quippe annorum 30. cū in Hebron unctus est, 2. Reg. 5. ¶ 3. cum 1. Reg. 16. ¶ 13. 1. Reg. 14. ¶ 14. De Davide loquens annis 8. antequam esset natus.	3621 1093
2934	422	SAUL reiecit, Samuel in Bethlehem mittitur ad ungendum David, 1. Reg. 16. ¶ 1. qui tunc erat circiter annorum 15.	3629 1085
2942	430	David Goliath occidit, 1. Reg. 17. ¶ 50. &c. 51. tunc annorum circiter 23.	3644 1070
2944	432	Industria Michol, manus Saulis evadit, 1. Reg. 19. ¶ 16. In Nobe panes & gladium obtinet, cap. 21. ¶ 6. &c. 9. quam ob caufam Saul Sacerdotis omnes trucidat. Cap. 22. ¶ 18.	3652 1062
2945	433	David de Ceila in desertum Ziph fe recipit, cap. 23. ¶ 14.	3654 1060
2946	434	Inde in locis Engaddi, ubi oram chlamydæ Saul abscedit, cap. 24. ¶ 5.	3655 1059
2947	435	Samuel moritur, annos natus circiter 98. 1. Reg. 25. ¶ 1.	3656 1058
2949	437	Abigailen David ducit uxorem, cap. 25. ¶ 42. Saulis dormientis hastam abstulit, cap. 26. ¶ 12. Ad Achifum fe recipit, cap. 27. ¶ 3.	3657 1057
2951	439	Saul Pythonissam confulit, cap. 28. ¶ 8. Sicleg vastatur, cap. 30. ¶ 1. Et post aliquot menses Saul & filii eius in prælio contra Philisthæos occiduntur, cap. 31. ¶ 6.	3661 1053
2952	440	David arcem Sion occupat, ibique sede constituta, 2. Reg. 5. ¶ 3. annos 33. universo Israëli imperat, 1. Paral. 11. ¶ 3. &c.	3662 1052
2957	445	David arcem Sion inducit, hoc etiam anno Sabbatico Cartharinis (quò ante ann. 70. translata fuerat) ē domo Abinadab in domum Obedem primum, deinde post 3. menses in arcem Sion inducit, ubi permanxit usque dum à Salomone proximo subileō in templi adyatum infertur, 2. Reg. 6. ¶ 12. &c. 1. Paral. 15. ¶ 1. ac 2. Paral. 1. ¶ 4.	3667 1047
2959	447	Arca foderis primo anno Sabbatico Galgala inducta Shiluntem, hoc etiam anno Sabbatico Cartharinis (quò ante ann. 70. translata fuerat) ē domo Abinadab in domum Obedem primum, deinde post 3. menses in arcem Sion inducit, ubi permanxit usque dum à Salomone proximo subileō in templi adyatum infertur, 2. Reg. 6. ¶ 12. &c. 1. Paral. 15. ¶ 1. ac 2. Paral. 1. ¶ 4.	3669 1045

TABULÆ CHRONOLOGIÆ SACRÆ.

Anni

Mundi.	Ab Exo- do.	Anni	
Petriodi Iul.	Ante oram Chr.	Ab orbe condi- to.	Ab Exo- do 480. A fun- dat. Tem- pli.
2960	448	do misericordia domini regnante Davidis anno 448. David Nathani consilium suum aperit de 2de Deo construenda: Cui responsum est id à filio pacifico SALOMONE ipsi nascitur perficiendum, 2. Reg. 7. v. 13. & 1. Paral. 17. v. 2. &c.	3670 1044
2967	455	Legati ad Ammonitarum Regem consolandum misi, indignis modis accipiuntur, 2. Reg. 8. v. 2. &c. 4.	3677 1037
2969	457	Cum Berthabee adulterium, 2. Reg. 11. v. 4. Agebat tum David annum 50.	3679 1035
2970	458	Post natum ex adulterio filium, David à Nathane correptus resipuit: Infans nihilominus moritur, 2. Reg. 12. v. 15. & 18.	3680 1034
2971	459	Salomon ex Bethsabee iam legitimā uxore nascitur, 1. Paral. 22. v. 9. & 2. Reg. 12. v. 24.	3681 1033
2972	460	Amnon Thamarem fororem violavit, 2. Reg. 13. v. 14.	3682 1032
2974	462	Biennio post, Abusalonis iusu ille interficitur. Absalom verò fugit Gesur in Syria ad Tholomaium avum suum maternum, ubi triennum mansit, 2. Reg. 13. v. 37. & 38.	3684 1030
2981	469	David fugit à facie Abusalonis, 2. Reg. 15. v. 14. Absalom a Ioabo confoditur, 2. Reg. 18. v. 14.	3691 1023
2987	475	David, univerſo populi censu instituto, iram Dei in Iſraēlitias accedit, 2. Reg. 24. v. 1. &c. & 1. Paralip. 21. v. 1. &c.	3697 1017
2988	476	Univerſam materiam ad structuram Domū Dei p̄paravit. 1. Paralip. 22. v. 14.	3698 1016
2989	477	Salomonem regem instituit. 1. Paralip. 23. v. 1. & cap. 29. v. 23.	3699 1015
2990	478	David moritur cum regnasset in Hebron 7. annis, & 6. mensibus; in Ierusalem verò 33. annis, 2. Reg. 5. v. 5.	3700 1014
2991	479	Salomon Pharaonis ducit filiam, sapientiam à Deo petit, 3. Reg. 3. v. 1. & 6.	3701 1013

TABULÆ CHRONOLOGIÆ SACRÆ.

QUINTA MUNDI ÆTAS

Annorum ferè 476.

A FUNDATIONE TEMPLI AD FINEM
Babylonica Captivitatis.

Anni Pē- riodī l'an.	Ante oram Chr.
2992	1 SALOMON anno 480. ab Exitu de Egypto, anno 4. regni sui, mense 2. die 2. Templi iacit fundamenta, 3. Reg. 6. v. 1. & cap. 7. v. 1. & 2. Paral. 3. v. 1. & 2. Ita ut ille annus ex parte concutrat cum anno Mundi 2992.
2993	2 Annoque undecimo regni eius, mense 8. tota structura est absoluta, 3. Reg. 6. v. 38.
3000	9 Iubileus IX. quartum mundi millenarium aperiens, in quo Templi dedicatio magnifice celebrata est mense 7. circa festum Tabernaculorum, 3. Reg. 8. v. 2. & 2. Paral. 5. v. 3. cum capp. 6. & 7.
3001	10 Salomon regia sue strucram absolvit, 3. Reg. 9. v. 10. &c.
3013	22 Iam senex adamat mulieres alienigenas, 3. Reg. 11. v. 1.
3029	38 Moritur cùm regnasset 40. annis, 3. Reg. 11. v. 42. & 43.
	Roboam eius filius decem tribus à se avertit qui Ieroboamo se dederunt, regno bifariorum distracto, sic. 3. Reg. 12. v. 16. 17. 20. &c.

REGES IUDA.

Anni Re- gum tuda.	Anni à di- visio- ne X.	Anni I- Trib.
3030	39 I. Roboam regnat 17. annos, 3. Reg. 14. v. 21.	1 1 1
3046	55 II. Abia anno Ieroboam 18. (ineunte) patri succedens, regnat 3. annos, 3. Reg. 15. v. 2. & 2. Paral. 13. v. 2.	17 17 17
3049	58 III. Alia anno Ieroboami 20. (completo) patri succedens regnat 41. ann. 3. Reg. 15. v. 10. & 2. Paral. 16. v. 13.	1 21 21
3050	59 Iubileus X.	2 22 22
3051	60	3 23 1
3074	83	26 46 24
3075	84	27 2 2
3079	88	28 48 1
		31 51 4
		5
3086	95	38 58 12
3090	99 IV. Iosaphat patri succedit, anno 4. Achabi (definente) 3. Reg. 22. v. 41. & regnat 25. annos, Ibid. v. 42. & 2. Par. 20. v. 31.	41 61 4
3099	108 Iubileus XI.	17 21
3106	115	18 22
3108	117	19 80 1
3112	121 V. Iosaphat iam senior Ioramum regni conformem constituit, anno 5. Ioram Iraēlitici, quo per ann. 8. ille potius est, 4. Reg. 8. v. 16. & 17. & 2. Par. 21. v. 5. & 20.	23 84 5

REGES ISRAEL.

Anni Re- gum tuda.	Anni à di- visio- ne X.	Anni I- Trib.
	I. Ieroboam regnat 22. annos, 3. Reg. 14. v. 20.	3740 974
	II. Nadab ann. 2. Alia patri succedens, ad 2. ann. pervenit, 3. Reg. 15. v. 25.	3756 958
	III. Baasa, anno Alia 3. (ineunte) Nadab occidit & regnum occupat per 24. annos, 3. Reg. 15. v. 33.	3761 953
	IV. Elia patri succedit ann. 26. Alia & regnat 2. annos, 3. Reg. 16. v. 8.	3784 930
	V. Zambri, anno Elia 2. Alia 27. regnum occupat, 7. diebus, 3. Reg. 16. v. 15.	3785 929
	VI. Amri à populo rex constituit, parte modica Thebni sequente, Ibid. v. 21. & 22. regnabit autem Amri 12. ann. 3. Reg. 16. v. 23. sed cum Thebni annis 4. siquidem	3789 935
	Mortuo æmulo Thebni, solus regnare incipit Amri, anno 31. Alia, Ibid. v. 23.	3796 918
	VII. Achab patri succedit anno 38. Alia, 3. Reg. 16. v. 29.	3800 914
	VIII. Achab anno 17. Iosaphati Ochotiam proregem constituit, qui duobus ann. regnum administrat, 3. Reg. 22. v. 52.	3809 905
	IX. Ioram Achab filius Ochotia fratri succedit anno Iosaphati 18. (definente) & regnat 12. ann. 4. Reg. 3. v. 1. Elias.	3818 896
	Sub Achab, Ochotia & Ioram propheticavit, per annos circiter 20.	3822 892
	X. Ie-	